



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quídque is fugere,
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

Segneri, Paolo

Augustæ Vindellicorum ; Dilingæ, 1695

Discursus XVIII. De Modo in erogandâ Eleemosynâ observando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

DISCURSUS XVIII. De Modo in erogandâ Eleemofynâ observando.

I. **C**ommunis Pauperum querela est, re-
fraxisse hac nostrâ
tempestate chari-
tatem. Ego illam
falsam judico, &
credo omnino, quod saltem de Chri-
stianis cum veritate affirmari possit,
multos inveniri Eleemofynarios,
etiam non quæsitos. *Multi homines
Pro. 20. 6. misericordes vocantur.* Sed demus,
temporum nostrorum iniquitate fieri,
ut non injuriâ hujusmodi questus
edantur; adeo ut multâ opus foret di-
ligentiâ, dum verus, & qualem res pos-
tulat, Pauperum pater inveniat; proinde,
id quod circa res deperditas
observari consuevit, signa vobis mon-
strabo, quibus virtus ejusmodi digno-
scatis. Sunt autem tria potissimum,
manus, vultus, oculus: manus ampla
& aperta; vultus hilaris & affabilis;
oculus excelsus & in Cælum defixus.
En imaginem Eleemofynarij suis nu-
meris absoluti. Nunc partes illius
singulas consideremus, non tam ut in
aliis illum requiratis, quàm in vobis-
meripsis exprimat, ipso opere Chri-
stianam illam charitatem exercentes,
quàm facili negotio verbis adeo ma-
gnificis in aliis deprædicatis.

I. Primum Hominis verè libera-

lis indicium est Manus, cum ad sub-
levandas Pauperum calamitates est &
prompta & larga: *Non dare, aiebat
S. Chrysostomus, sed cum copia dare,
Eleemofyna est.* Cum tempore zylivo
una alterave guttula in terram sibi-
bundam decidit, non dicitur pluvia
irrigua decidisse; tantulum enim non
sufficit ad multam terræ siccitatem ir-
rigandam, quæ plenas nubes exposcit.
Ita quorundam Eleemofynæ nomine
isthoc non sunt dignæ, quæ & illorum
opibus, & egentium necessitatibus
longè sunt inferiores. Illa nomen
suum meretur, quæ liberalis instar
pluvie agros inebriat & saturos red-
dit. *Inebriavi animam lassam, &
animam esurientem saturavi.* Si mo-
lestum vobis non accidit, dabo vobis
eamdem miserationis vestre in alios
exercendæ mensuram, quam ipsi
à Deo flagitatis. Omnes respice tu
mendicij sumus, atque ideo ad magni
illius Patris familias janam supplic-
mus, nullâ non horâ clamantes: *Mi-
serere mei Deus secundum magnam mi-
sericordiam tuam.* Domine converte
oculos tuos ad miseras meas, & pro-
tuâ magnâ misericordiâ Eleemofynam
largire. Quod si Dei misericordiam ju-
nes magnam esse volumus, magnam
omnino etiam proximo nostro exhibe-
amus, ita ut non egenus tantum
abeat

abeat contentus, sed Anima etiam no-
stra suam integrè debitum expungat ;
ad eum ferme modum, quo sancta il-
la Tabitha fecisse scribitur : *Er at plena*

*Al. 9. 36. operibus bonis & Eleemosynis, quas fa-
ciebat: plena operibus bonis habita*

consideratione personæ propriæ, Ele-
emosynis autem respectu pauperum,
quibus erogabat ; quasi plus præsti-
tuta, si plura mulier præstare potuif-
set. Et certè, quæ est manus illa,
quæ ad dona à Deo recipienda nun-
quam non aperta ; ad expendenda ve-
ro pro Deo & Dei amore munera nun-
quam non est parca & clausa ? non est
manus Eleemosynarum, & ideo vestra
non sit. *Non sit porrecta manus tua ad*

Eccli. 4. 36. accipiendam, & ad dandum collecta.

Eadem S. Thomæ mens est, qui pro-
prium Eleemosynæ esse iudicat, dare
abundanter. *Laudabile est abundanter*

S. Thom. 2. 2. q. 4. dare.

III. Observandum est tamen, hanc
abundantiam non absolute accipiendâ
esse, sed, ut ipse ait, cum proportio-
ne ad dantis bonâ & vires. Vidua il-
la, quæ non nisi duo minuta in gazo-
phylacium immisit, majorem, quam
omnes alij à Christo laudem tulit: *plus*

*Mar. 12. 44. omnibus misit: scilicet non alia ex cau-
sa, quam quòd inopia illius gravibus*

accidebat, istis se minutis exspoliare,
quam opulentis alijs ingens argenti
pondus erogare. *Omnes ex eo, quod*

*abundabat illis, miserunt: hæc vero de
provincia sua, omnia quæ habuit, misit,*

*totum vittum suum. Potest igitur quis
vestrum magnus esse Eleemosynarius,
etiam qui dives non est; potest enim
dare partem illius, quod ipsi foret ne-*

cessarium, & hac ratione superare o-
mnes alios, qui, quò abundanti, se pri-
vant. *Frangite esete vnti panem tuum, ait*

*Deus per Prophetam: si non habes nisi
unum panem, quo vivas, atque ideo*

*totum dare non vales, divide eum, &
dimidium egentibus elargire. Frange,
& parem cum divitibus remuneratio-
nem habebis, quin & ampliozem: vir-
tus enim liberalitatis desumitur à cu-
jusque opibus: quo fit, ut non Opu-
lenti tantum liberalium nomen pro-
mereri possint, sed Pauperes etiam, id S. Thom.*

*quod Philosophus docet: Nihil pro. 2. 2. q. 1.
libet aliquos virtuosos, licet sint pau-
peres, esse liberales. Sufficiet eam ad 3.*

Regulam observare, quam Senior
Tobias dilecto filio suo præscripsit: *Tob. 4. 9.*

*Quomodo poveris, ita esto misericors:
si multum tibi fuerit, abundanter tribue;
si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum
libenter impertiri stude.*

IV. Antiqui illi Christiani aliâ,
eaque longè pulcherrimâ industriâ
connitebantur in numerum Eleemo-
synariorum venire; ut enim rerum
suarum partem egenis possent com-
municare, ipsi jejunabant; ad quod
faciendum summorum etiam Ponti-
ficum consilijs inducebantur: *Sin ve- S. Clem.*

*ro aliquis non habet, jejuret, & cibum l. 5.
illum diei partitus desinet Sanctis. Un-
de non potestis non videre, quanto*

*veri illi Fideles studio contenderint,
ut manus ad exerendam charitatem
quàm promptissimas & apertissimas
haberent, cum pro se & alijs, quod*

*comederent, non suppetebat; sibi ipsis
famem indixerunt, ut alijs, quod ro-
derent, impertirent.*

*de non potestis non videre, quanto
veri illi Fideles studio contenderint,
ut manus ad exerendam charitatem
quàm promptissimas & apertissimas
haberent, cum pro se & alijs, quod*

*comederent, non suppetebat; sibi ipsis
famem indixerunt, ut alijs, quod ro-
derent, impertirent.*

*de non potestis non videre, quanto
veri illi Fideles studio contenderint,
ut manus ad exerendam charitatem
quàm promptissimas & apertissimas
haberent, cum pro se & alijs, quod*

SEGNERI
NO CRISTIANUS

R. P. Segneri Christ. Instr. Tom. I.

Li V. Quid

V. Quid igitur de illis temporum nostrorum divitibus dicemus, qui in aibus semper constrictis vivunt? cum mendicium sibi obvium habent, ne quidem ad numulum unum ei suppeditandum moveri possunt, ex tot, quibus crumena turget, satisque se esse misericordes arbitrantur, si dicant sine stomacho: *Deum se adjuvet, vade in pace.* Laudabile est omnino illorum Christianorum inventum, qui cum non habent, quod erogent, illico preces quasdam fundunt, quibus Deum exorent, ut ille indigentium istorum curam suscipiat, eisque aut patientiam conferat, aut Pecunioso cuiuspiam mentem injiciat, ad ipsos subveniendum. Sed quam mihi hoc placet, maxime in ijs, quibus revera deest, quod largiantur; ita summe in illis displicet, qui, quod dent, habent. An aequum bonumque vobis videtur, quod locuples egenum ad Deum mittat, ab ipso stipem rogaturum, cum Deus potius hunc ad Divitem ablegat, ut habeat, cui opituletur? Mirabatur Daniel Propheta longo satis tempore jejunus in illo celebri Leonum specu, cum Deus Angelum destinavit, qui Prophetam Habacuc capillis apprehensum e Juda in Babyloniam transferret, a quo prandium messoribus apparatus, ut ut tene & frugale, acciperet. Quare Deus non per eundem Angelum, quod illi erat facile, & videbatur via longè brevior fieri potuisse, cibum submitit, ac Prophetam Habacuc suum sibi pulmentum habere permisit? Vult nimirum Deus, ut Eleemosynam homines

Dan. 24

impertiant, & sic mutuo amore in suis se necessitatibus complectantur. *Esse te invicem benigni.* Et sic quando Inopes, captivi, infirmi, aut quavis alia miseria praeediti, Opulentos accedere non valent pro auxilio opportuno, uti non poterat Daniel, vult Deus, ut Opulenti in egenos inquirant, eisque subveniant, id quod tunc Habacuc fecit. Et vos contra optimum hunc ordinem, denuo pauperem ad Deum amandabitis, quando ipse DEUS pauperem ad vos ablegat; & mittit quidem, non quod infiniti alijmodi, quibus egenis provideat, ei non suppetant, etiam sine miraculo, sed quia eos per vos parare vult, vosque suorum loco dispensatorum constituit. *Dispensatorum multiformis gratia Dei.* Certe in hoc laudate vos non possum; neque enim Deus in vestrum vult officium involare, idque, quod vobis incumberet, facere. Si dicat aliquis ex vobis: *in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem, quae necessaria sunt corpori, quid proderit.*

VI. Quid porro de illis dicemus, qui pauperibus aliquid subministrant, non ea tamen intentione, ut eorum necessitates sublevent, sed ut habeant, quos eos magis premant? Et hi tamen ipsi Eleemosynarijs se accensent. Quasi pauperum forent Patroni, anticipato quasi munere levamen perquirunt; eo tamen fine, ut suo tempore cum fenore & usura illud recipiant. Haec non sunt illius, quem quaerimus, Eleemosynarij manus, harpyiarum potius unguis dixerimus. Accidit non-

nonnunquam in aestate, pluviam adeo nitro infestam decidere, ut fata omnia destruerentur eo ipso tempore, quo miseri coloni sibi pluviam gratulabantur. Idem Egenis contingit, prodigio nostris temporibus heulnimum familiari: magnificentis nescio quid verbis datur, re ipsa pax nihil. Lapsu temporis id ipsum, quod cum onere restitutionis concessum fuit, plus quam acceperint, redhibere compelluntur, ut denique, si res suis momentis libereur, pro eo quod humoris aliqui alieni pauperibus hisce plantis relinquatur, etiam id, quod proprium erat, exfugatur. Heu crudelia auxilia! nostis, quod Chitomanæ, antè, quam sortem prosperam aut adversam prælagant, manum prius inspiciant: quæ si bene formata est, & lineas palmæ longas, rectas, distinctasque habet, indicium longæ vitæ præferunt. Ego verò de manu tam illiberali atque compressa nunquam audentem felix & auspiciatum edere augurium. *Vita, quæ nunc est est futura.* Eleemosynariis à Deo promissa. Enimvero nihil ad ipsos vita pertinet, dum ipsi nihil pendunt, id quod à morte liberat. *Eleemosyna à morte liberat.*

II.

VII. Pergamus porro in explicanda Eleemosynarij imagine. Post manum amplam & apertam vultus alacris & affabilis venit. Qui rerum militarium bene gnari sunt, volent, ut qui militem parat scribere, attentè vultum cuiusque consideret, atque ex eo de magnanimitate Candidatorum militiæ conjecturam & iudicium faciat. Credo equidem, observatio-

nem hanc magni esse ponderis. Ego tamen profiteor, non erratum me, si cuiuspiam vultum, qui Eleemosynas elargitur, contuitus fuero; longoque majori cum certitudine edicturum, an veræ misericordiæ radijs resplendeat, an fictis tantum simuletur: cum ipse etiam Deus in Eleemosynario liberalem hilaremque vultum requirat:

In omni dato hilarem fac vultum tuum: Eccli. 35.

ut ex ore Ecclesiastici audimus. Hæc enim vultus hilaritas mirum omni Eleemosynæ splendorem conciliat.

Qui miseretur in hilaritate, ait etiam Rom. 12.

Apostolus. Ille enim qui in pauperibus Eleemosynam recipit, Deus, magis intima cordis respicit penetralia, quam externam operis apparentiam. Quin neque hoc tantum contentus, per eundem Apostolum pergit dicere, ut, si quid datur, id non fiat *Ex tristitia, aut ex necessitate*, siquidem Deus magis ipsam dantis liberalitatem, quam doni magnitudinem intuetur: *hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9.* Quod si Deus hæc contestatur, non est, quod in dubium trahatis.

VIII. Quod si denuo rogetis, quanta hæc largientium alacritas esse debeat? dicam. Quisquis Eleemosynam erogaverit, plus se recepisse, quam dedisse præferat. Mensura hæc est, quam S. Chrysostomus vobis consignavit, ad Charitatis Christianæ modum ex æquo cognoscendum, *si Hom. 14. putes, te magis accipere, quam dare. ad pop.*

Robertus Galliarum Rex semper mille pauperes suis sumptibus alebat, eosque viæ comites secum ducebat ab una civitate in alteram, neque unquam

SEGNERI
MO CRISTIANUS

feribat, ut pedites incederent; corporis Regij stipatores dixilles, nisi honorarios Aulicos rectius quis compellat. S. Joannes Eleemosynarius, cum pauperes ad se vocaret, *Domini mei* inelamabat. B. Amædeus à Sabaudia nobilissima metaphora canes suos venaticos appellitabat, quorum ope Regnum colorum venaretur. Hic omnino genuinus Eleemosynariorum vultus est, expers omnis rugæ, explicatus, jucundus, in quem latissimo ex corde hilaritas transpiret.

IX. Verùm quàm remoti à serenissimo hoc vultu sunt, qui, quidquid pauperibus erogant à se cum stomacho abjicere videntur, aded inviti largiuntur. Tot adhibent cautiones, tot movent quæstiones ac dubia, prius quam assis partem minimam è loculis promant, ut de flore sanguinis ex venis intimis eliciendo agi putent. *Quare, inquit, non laboras? quare te ipsum non juvas? cur vires tuas non exeris? quare tuismet brachijs ac manibus non lucraris, unde vivas?* alijsque similibus miseros sine fine exagitant.

Eccli. 20. Exigua dabit, & multa improperabit.
15. Et hæc est miseratio succurrentis? Olim in Hibernia Matres, ut filios suos ad bellum instituerent, à primis statim incunabilis, panem ensis mucroni affixum porrigebant. Quid aliud faciunt modò nonnulli? tenuem illam stipem, panem mucidum quomodo porrigunt? pro eo, quòd illum dent habitu consolantis, offerunt eum suffixū mucroni verborum acerbè pungentium & vulnerantium, quibus illam Eleemosynæ suæ umbram

comitantur. O inhumanam beneficentiam! *in omni dato non des tristitia, am verbis mali*, ait Dominus; verba enim suaviter omne munus mire condunt & sapidum reddunt. *Nōne hoc verbum super datum bonum?* Nimis miserum est beneficium, quod est cum injuria conjunctum: nec unquam accipienti accidere gratum potest, dum ipse non parum facit, si vicissim, dum munus acceptat, injuriam condonat. Quod si hoc in omni beneficio contrigit, quanto magis in illo, quod exhibetur Pauperi, cui, si nihil aliud, saltē bona verba debentur, utpote quæ dandi non magno constant? Quapropter *declina pauperi sine tristitia, rem tuam*, hortatur ipse Deus, & *sponde illi pacifica, in mansuetudine*. Videte, qua ratione pauperes tractari debeant: Non modò communi aliquam mansuetudine, quæ afflicti, quique consolationem accipiunt, excipienti sunt, sed benignitate longè perfectiore, planèque singulari fovendi sunt, quæ viscera eorum pace repleat, *sponde pauperi pacifica in mansuetudine*. Quia etiam quandoque ratio subesse possit, parum alicui commendato impertiendi, manumque contrahendi, nulla tamen unquam subesse potest, quæ ad inhumaniter objurgandum frontemque rugis minaciter exspectandam inducat.

X. Duo tamen sunt, quibus crudelitatem suam divites immitissimi palliare, tenacitatemque manus, & vultus atrocitatem excusare laborant. Primum inde desumunt: quòd Pauperes sæpe se fingant pauperes, & non

fin: aut saltem egestatem suam longè
ultra verum exaggerent. Sine dubio
cautela quædam in distribuendis ele-
emosynis adhibenda est; & magis in-
digi, magisque digni alijs soletter
preferendi. *Da bono, & non recepe-
ris peccatorem*, ait Ecclesiasticus, *bene-
fac humili & non dederis impio*. Eo
saltem casu, quo eleemosynæ non nisi
ad confirmandos in sceleribus suis ne-
farios servirent. Vera sunt hæc om-
nia, non minus tamen & istud verum
est, quòd nimix istæ inquisitiones &
solicite informationes nihil panè
aliud efficiant, quàm quòd illam
dandi promptitudinem, bonamque
voluntatem multum labefactent. Vir-
tus misericordiæ non dijudicat meri-
ta, sed sublevat miseras. An putatis,
quòd quinque illa millia, quæ Chri-
stus in deserto abundantissimè refecit,
non nisi ex bonis fuerint constata, nul-
lusque inter illos nequam fuerit? Ser-
vator tamen ad hoc non respexit, sed
solum, quam patiebantur, famis ra-
tionem habuit, afflictorumque com-
miseratione tactus, omnibus eodem
modo, etiam novo ac prodigioso, sub-
venire non dubitavit. Plus dicam:
Misericordiam illam, quæ indifferen-
ter etiam in malos exercetur, ex alio
capite longè æstimabiliorem evadere;
quia quodammodo divinius est, & ma-
gis Patris cælestis bonitatem æmula-
tur, *qui pluit super justos & injustos*,
victumque tam corvis, quàm colum-
bis præbet, æquè largus in utrosque
Providentiæ suæ dexterâ. *Aperit
manum suam & implet omne animal be-
nedictione*. E diverso, qui tanquam

Quæsitores fiscales egeno nomini ne
frustillum quidem panis largiri vo-
lunt, nisi judiciario prius processu in-
stituto, Magistrum & Doctorem ha-
bent. Dæmonem: hic enim, post qua-
draginta jejunijs dies, à Christo in de-
serto exactos, cum extrema huic in-
digentiæ subvenire deberet, curiosè
potiùs rescire voluit, homòne esset
ceteris similis, ane Dei Filius? Omit-
tite igitur tot quæstiones, boni an
mali sint, qui vestram opem expo-
scent. Manum marsupio immergite,
& facite officium vestrum hilares ac
prompti; quia semper bona est Eleemo-
syna, etiam cum malus est, qui accipit;
& illa melior, quæ celerior. Haud
aliter ac ille inter liquores est prior,
qui destillat prior. Quòd si Pauper
Eleemosynam vestram dilapidabit,
lusui exponet, aut commestrationibus
absument, non idèd quidquam inde
deperdetis; siquidem dici non poterit,
vos stipem non dedisse. Hujusmodi
farinæ Pauper, in qualem vos incide-
re tam sollicitè timetis, à Beato Jorda-
no Ordinis S. Dominici Generali,
stipem petijt, & obtinuit tunicam
veterem, Istam Sycophanta mox
divendidit, & cum pecuniola inde
redacta, junctis sibi alijs larconibus
rectè ad popinam. Quid putatis
virum sanctum respondisse homini
factum referenti? Malo, inquiebat,
tunicam perdidisse, quàm occa-
sionem petitam à me Eleemo-
synam largiendi: indicaturus hoc
suo responso, tum solum se jecturam
fuisse passurum, si aliena necessitatis
non necessaria disquisitione consilium

Plin. l.
11. c. 15.

SEGNERI
MO CRISTIANUS



Luc. 5.
30.
servatoris adimplere clavis om-
ni fuerit. An non Christus fuit, qui dixit?
Omni petenti te tribue. Ad quid ergo tam
solicita investigatio, num pauper sit,
qui stipem petit, an non sit pauper? fa-
tis vobis sit scire, quod petat ut pauper.

XI. Quod si ad excusationem à fe-
rendo egenis auxilio non sufficit, dice-
re, à quibusdam paupertatem simulari,
qui tales non sint; quanto minus ex-
culabimur, si dixerimus; quosdam
quidem vera paupertate premi, non
tanta tamen, quantum ad extorquen-
dum amplius subsidium obtendunt?
Imo hoc ipsum ait S. Joannes Chri-
stomus, divitum culpæ adscribi debet,
qui ad eorum duri corde sunt, ut ad com-
miserationem simplici miseriarum ex-
positione non moveantur, sed necesse
sit, illam verbis amplificare & exag-
gerare. Certè mater illa crudelis est,
quæ filio blandæ charitatis signa non
exhibet, nisi hic infirmum se fingat.

XII. Alteram parsimoniam erga in-
opes excusationem locupletes à familia
sua necessitatibus mutantur: eaque
justæ inter eos monetæ usum obtinet;
quamvis, si planè adulterata non est,
justi saltem ponderis non sit: ut meritò
religioni sibi ducere deberent, quòd
eà passim utantur. Non est, inqui-
unt, habendi cupiditas, quæ facit, ut
parcè & invita pauperibus largiamur.
Facit id, quòd dare his non possumus,
quin subtrahamus nostris liberis: fa-
cit id amor, quo in hos naturà feri-
mur: hic enim cogit majorem semper
habere rationem eorum indigentia,
quam aliorum, quorum cura ad nos
non pertinet. Equidem ante omnia,

si aliud propositum Parentibus non
esset, quam de necessarijs prospicere
familia, parùm laborandum esset in
respondendo huic eorum effato, eo-
que refutando: sed quia præterea ne-
mo non id studiosè agit, ut altiorè
ad gradum illam evehat, ideò nemo
unquam habet, quod sit satis; imò
quo plus habetur, hoc desideratur
amplius tantoque major est amitten-
di formido. Qui corpore magis obe-
so sunt, minus liciunt, siquidem plus
interni humoris habent; ac è diverso
quò quis in terris est opulentior, hoc
majori plura possidendi sibi vexatur:
& instar plus æquo amantium, peri-
cula ut proxima & jam jam imminenta
perimiscunt, quæ ne remota quidem
sunt. Liberos habetis? quid inde? Sancti
Caroli parens largas admodum Ele-
emosynas in pauperes distribuebat,
& hinc ab amico quodam admonitus,
quòd tam multa egenis largiendo in-
opes suos liberos esset relicturus: fide-
cià dignà sanè homine Christiano
reposit: Ego filiorum Dei curam ge-
ram, Deus geret meorum. Et dictum
eventus probavit. Quis unquam vi-
dit, familiam Eleemosynis ad incertam
redactam? quin imò, hic demum est
modus omnium securissimus opes cu-
mulandi. *Honora Dominum de tua Pro-*
substantia, dicit S. Spiritus, & imple-
buntur horrea tua saturitate, & vino
torcularia tua redundabunt. Quis un-
quam parens locuples prolis suæ Nu-
tici de victu parcè sordideque pro-
spexit? quin ut ea vili etiam condi-
tione, ab Hero tamen ad suam met-
mensam admittitur, ibi ferculis, ci-
bisque

bisque lautioribus pascitur, ut lacte abundet, quo charam sobolem nutrit. Et vos Deum, in omnes divitem, singitis parcum & tenacem erga eos, qui Eleemosynas largiuntur; licet eorum charitas, tanquam Nutrix amantissima, multis gratissimis Deo filiis, P. upe-ribus inquam, de alimentis identidem prospiciat. Certum vobis sit, hominem Christianum, qui censet se alienam inopiam sublevando magnam ja-cturam facere, palam praeseferre, nullius apud se ponderis esse divina promissa; nec enim aliis ita differeret, sed certo sibi persuaderet, se indigentibus largiendo res suum feciori dare magno illi Mensario, qui centuplum addidit etiam in terris, pro omnibus omnino bonis sui amore relictis.

III.

XIII. Sordes istae nostrae effectus sunt fidei intermortuae ac deficientis.

Luc. 18. Verumtamen Filius hominis veniens, putat inveniet fidem in terra? Quapropter ut manus larga, vultusque hilaris in Eleemosynario sit, oportet & oculum ejus Caelum respicere. Volo dicere, pauperibus eo fine & motivo esse succurrendum, quo virtus ista Misericordiae formatur & constituitur. Eleemosyna, ait S. Thomas, est opus, quo datur aliquid indigenti ex commiseratione propter Deum. Unde ad verum & genuinum Eleemosynarium nequam sufficit, pauperi alimenta tribuere; prout utiam canibus aut equis suppetantur, sed hanc ipsam largitionem ex commiseratione, eaque ex Amore Dei nata, fieri necesse est. Exigit autem haec commiseratio, ut, qui stipem

dat, imprimis sincere proximi miserijs condoleat. *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, dicebat S. Job, 22. Et compatiebatur anima mea Pauperi. Et in hoc saepenumero Divites deficiunt; quorum viscera nimia prosperitate non raro indurantur, cum ea potius emolliri deberent. Facit haec opum affluentia, ut, cum ipsi a tolerandis pauperum calamitatibus, quin & a tolerandarum timore eximantur, quas in se non experiuntur miseras, nec in alijs aestimare noverint. Praeterea Superbia, quae verissima est divitiarum tinea, ita Divites inflat, ut credant, nobiliore se, quam inopes sint, ex metallo esse conflatos; tantumque abest, ut miserando alienas calamitates suas facere velint, ut ne audire quidem eas velint, ut in earum notitiam non veniant. Quae causa fuit, ut S. Job, commiserationem hanc suam instar affectus apud sui similes divites insoliti & inusitati commemoraret, ut qui praeter morem in corde suo teneram miserationem fovisset: *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur Anima Pauperi. Quondam ait: non quod calamitose illo in statu, in quo, cum haec loqueretur, versabatur, viscera illa pietatis non sentiret, sed quod magni non faceret pietatem in condolendo alienis miserijs, dum suas ipse tolerabat; illam autem aestimaret miserationem, quam senserat, cum a propriarum miserationum sensu erat immunis. Cum sederem quasi Rex circumstante exercitu, eram tamen mentium consolator.**

XIV. Advertitis opinor, quod ad nomen

SEGNERI
MO CHRISTIANUS

nomen Eleemosynarij comparandum illa solum naturalis pietas non sufficit, quâ homo hominis, quia homo est, miseretur. Usque huc enim etiam Infideles pertingunt: adeo ut ipse Nero principio Imperij sui alieveraret, se, si alium titulum ad admitendum aliquem supplicem non haberet, hoc uno fuisse movendum, quod communem cum eo naturam haberet. *Seneca de Clem. l. 1. c. 2.* *mo non, cui alia desunt, hominis nomine apud me gratus est.* Altius longè Christiani Eleemosynarij oculus colimat; non solum miseratione erga pauperem movetur, sed longè maxime ex commiseratione propter Deum. In antiquo Testamento præter ignem, qui ad cremandam victimam accendebatur, per frequenter Deus alium è cælo depluum, & nobiliorem ac sacrum addebat, qui priori junctus magnam sacrificio majestatem conciliabat. Idem credite in sacrificio charitatis intervenire, quando præter flammam naturalis affectus, jam ex se laude dignas, aliæ flammæ Christianæ charitatis adduntur, quibus holocaustum in odorem suavitatis compleatur.

Eccli. 22. 2.

XV. *Si benefeceris, scito cui feceris.* Verba Dei sunt apud Ecclesiasticum; id quod etiam Christus primo loco in Evangelio suo nos edocet: *quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Non contentus fuit uno quodam admirabili modo realem suam præsentiam in SS. Sacramento nobis reliquisse; voluit præterea nobiscum permanere in pauperibus, eosque dignitate humanam longè transcendente ornare, qua-

lis est Oratorum, qui ipsam Principis personam referunt; ita illorum utilitates & comoda cum commodis miserando, quasi una amborum causa fueret. *Qui calumniatur egentem, reprobat factori suo,* ait sapiens, *honorat autem eum, qui miseretur pauperis.* Quin imò videtur Deus sui quodammodo emolumentum oblivisci, usque adeo magnam Pauperum suorum rationem habet. Unde novissimo illi Judicij die vix alijs super quæstionibus examinabimur cum summo rigore, quam qua ratione opera charitatis in proximi exercuerimus, aut non exercuerimus: adeo cordi est Deo, ut probe intelligamus, se esse in pauperibus, in ijs despici, aut honorari. Beatus Joannes Dei hanc in infirmos, eosque magis derelictos, pietatem sumo studio exercebat, quotquot in urbe Granatensi offendebat: tollebat in humeros, abluabat eorum pedes, osculo salutaris suo etiam lectulo inferebat. Omnia hæc charitatis officia die quadam in pauperem valde miserè affectum conferebat; cum verò pedes ejus oscularetur, miro fulgore radiantem subito ex oculis misit, amplissimâ mercede hujus effati relicta: *Joannes! quod pauperi sit, mihi sit.* Accidit huic Sancto, quod non unquam piscatoribus, qui cum piscem vulgarem reti se cepisse arbitrantur, concham margaritarum postmodum inveniunt; piscatione thesauro conferendâ. Ita B. Joannes vili mendicabulo famulari se ratus, agnovit se Cælorum Regi suo obsequia præstitisse.

XVI. Interim tamen, si Christus Do-

Dominus non in qualibet persona Pauperis realem suam praesentiam exhibet, moralem tamen semper refert, tanquam in suis Oratoribus ad Divites. Et certè postquam Verbum Divinum in factatissimo Incarnationis mysterio humanam sibi naturam desponsavit, dicendum est, moralem hanc illius praesentiam in quovis homine reperiri, (qualis illa est, quam caput respectu membrorum habet) maxime verò in Christianis, quorum

S. Thom. caput est non solum ratione primatùs perfectionis, quàm omnium hominum comparatione habet, sed vel maxime ratione influxus, quo in Christianis (quæ capitis propria virtus est) suas Gratias derivat. Nihilominus Christus Dominus in pauperibus est modo prorsus singulari, quo nimitum palam denuntiavit, velle se eos inter mortales suo loco haberi, sic ut singula eorum miseria ad se peculiari quadam ratione pertinerent. *Esa. lvi.*

Matth. 23. & dedisti mihi manducare: stitivi, & dedisti mihi vivere, &c. quando fecisti uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecisti. Propterea S. Salvianus Episcopus Christum omnium pauperum pauperissimum appellavit, etiam dum Caelum in omnium rerum abundantia gloriosus incolit; nam, ait magnus hic Vir, ceteri pauperes in uno quodam genere penuriam patiuntur, Servator autem, cum in omnium pauperum personis unus ipse indigeat, dici potest uno & eodem tempore omnes omnium Pauperum calamitates unus tolerare, frigus scilicet, nuditatem, famem, sitim &c.

R.P. Segneri Christ. Instr. Tom. I.

hujusmodi, quæ in nullo alio omnes reperiuntur. *Sunt, quibus si desint Salvianus misera, non desunt omnia: solus Christus l. 7. ad est, qui in omnium pauperum universis: Eccl. se mendicet.* Et hæc, ait S. Augustinus, fuit summa illius benignitas, eò reduci voluisse, ut etiam nunc cum pauperibus stipem roget, aded, ut dum Pauper manum porrigit, non Pauper stipem accipiat, sed ipse Deus. Ille est, qui notat omnia & se debitorem constituit, ut suo ea tempore compenset: ille, qui factam repulsam fidæ memoriâ retinet, à quocunque illa pauperibus, personam illius referentibus, citra causam fuerit data. Ille, qui gravissimam vindictam in Evangelio minatur, in extremo die Judicij sumendam. Gedeon, habitatoribus in Socoth contra desertum, quòd militibus fame laborantibus subsidium ferre detrectâssent, terribiles hæc minas denunciavit: *Cum reversus fuero, conteram carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti, ita ut ne memoria quidem vestri remaneat.* Quanto verò potentius Christi brachium est illo Gedeonis, tantò etiam vindicta erit magis horrenda in illos, qui ita se inexorabiles & duros præbuerunt. *Cum reversus fuero, conteram carnes vestras cum spinis tribulisq; deserti.* In fasciculum Divites cum divitijs (quæ verissimæ deserti, in quo me contempserunt, spinæ sunt) colligabo & succendam igne omnia, ita ut nullum robur, virtus nulla ullo unquam tempore hoc incendium valeat restinguere.

XVII. Hoc igitur oculo aspiciendū sunt

K

lun

SEGNERI
MO CHRISTIANUS

sunt Inopes, & in eorum centonibus invisibilis ille Dominus requirendus, qui, cum necessitatem patiamplius nullam potest, in quovis tamen paupere mendicam se exhibet, ut Divitibus occasionem præbeat, quâ meritum Eleemosynæ colligant, dum non miserabili cuiquam homini, quæ in præ oculis habent, succurrunt, sed retum omnium Domino, inopum personam induto. Oculo hoc non aperto, Eleemosyna jam non amplius est Eleemosyna. Potest quidem hominibus liberalis & humanus videri; coram Deo autem, qui sine hoc oculo stipem largitur, titulum Misericordis & Eleemosynarij non promerebitur. Eleemosyna, si Divo Thomæ credimus, verè ac propriè actus est Misericordia, utpote ex qua una immediatè procedit, quamvis etiam mediatè à Charitate, & à Religione tanquam causa imperante eliciatur. *Eleemosyna est*

*S. Thom. 2. 2. q. 37. a. 1. Charitatu ex consequenti & mediatè; Latet vero imperatè. Ecce, quàm pulchræ atque insignes virtutes in una Eleemosyna conveniant, haud aliter ac diversa maximi pretij metalla, ex quibus cæli Electrum componatur. Concurrit in primis Misericordia; quia Eleemosynarius debet per misericordiam in partem venire omnium miseriarum, quibus pauperes affliguntur; nec beneficâ solùm manu ipsi subvenire, sed animo quoque condolere: *Necessitatibus Sanctorum communicantes.* Concurrit secundo loco Charitas, dum Proximis succurritur, non affectu merè naturali &*

humano, sed Divino & supernaturali; qui in Eleemosynarijs efficit, ut Egenos respiciant tanquam Sanctos; scilicet ut Christianos, nunc quidem Gratia, postmodum verò Gloria capaces. Quæ etiam causa Apostolum permovet, ut diceret: *necessitatibus Sanctorum communicantes*; non dicit necessitatibus hominum; quia Charitas se habeat oportet ad actum Eleemosynæ instar animæ, à qua vitam ac Spiritum accipiat. Tertio loco concurrit Religio, cum imperando, imperatè; cum enim Eleemosyna distribuitur, oculus Dei honorem respicit, imperantis scilicet, ut Proximo auxilio simus. Et forsitan etiam ex hoc ipso capite Eleemosyna Sacrificium vocatur: *talibus enim hostijs præmeretur Deus*; quia sicut in Sacrificiis licet commodum & utilitas Sacerdotibus, qui victimis alebantur, accresceret, finis tamen principalis semper erat honor Dei, cujus suprema Majestas ipsa Sacrificij actione agnoscebatur, quamque immolantes profitebantur; ita quamvis Eleemosynæ proventus pauperi cedant, finis tamen scopusque Eleemosynam impertientis semper statui debet Dei honor; & hinc oculum suum à terrenis omnibus attollere, ac in cælum defigere debet. Quod ipsum Servator docere nos voluit, quando antequam Eleemosynam illam grandem, quâ quinque hominum millia in deserto pasturus erat, distribueret, & panem piscesque multiplicaret, *respexit in cælum*, ut S. Lucas observavit; ut nimirum sensibili hoc signo ostenderet, simile quid nobis facien-

faciendum incumbere, cum egenis alimenta ministramus; fidei nempe oculum in Cælo & Deo figendum, cujus amore Pauperibus succurrimus, non verò in terra & creaturis, quas pascimus. Beatus ille, qui oculos ita semper apertos teneret, semperque in Cælum conversos! quomodo enim fieri posset, ut pauperibus unquam quidquam negaret? *si scires domum Dei,*
Et quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere,
 dixit Christus ad Samaritanam in aquæ hauſtu concedendo cunctabundam. O quam id ipsum horum temporum Divitiibus occinere posset, qui crudeli proſus tenacitate panis reliquias egenis negat, canibus autem suis & equis largè eundem porrigunt! Ab miser! si scires, quis ille esset, qui in persona pauperis ad domum tuam supplex expectat! quis ille, qui voce pauperis aliquod miseris suis levamen rogat! quis ille, qui in manu pauperis manum suam ad te extendit, accepturus, quod dederis! *si scires quis est,*
qui dicit tibi, da mihi bibere, si scires, inquam, felicissimam sortem tuam, quæ etiam non quaesita ultrò tibi obvenit, & Regnum cælorum offert; tuorum peccatorum remissionem promittit, debitorum tuorum expiationem concedit, & obstetricante Misericordia Filium Dei te efficit; certus sum, fore, ut non modò abundanter, & sine omni cunctatione dares, nec solum non exprobrando, non fastidendo, sed maximo tuo bono addiscentes etiam tu mendicare in animæ tuæ bonum. Volo dicere ipsum pauperem tunc incitares, ut à te stipem pe-

teret: *tu forsitan petisses ab eo,* ac reputares te aliquid ab eo accipere, cum donas.

XVIII. Maximum itaque Eleemosynæ arcum est, eandem fidem posse animare ac bona iuentione, & sic actum aliquem communem ac naturalem ad pretium & dignitatem omnino supernaturalem ac cælestem attollere. Satis non est, seminare: sed insuper certa Lunæ incrementa aut decrements, & ejusdem cum alijs sideribus conjunctiones & minanti observanda sunt, majoremque Cæli, quam terræ notitiam habere oportet, si copiosam expectare messem velimus: id quod majori longè studio in Eleemosynæ negotio observandum est, quæ aliàs tota in herbam brevis vitæ inutilis abibit, absque eo, quòd unquam in fructum vitalem matureſcat: *repperunt mercedem suam.*

XIX. Ex quo facilè inferetis, in quanto illi periculo omnem suam Eleemosynam deperdendi versentur, qui non nisi cognatis & amicis beneficiunt. Demus enim, agnatos vestros verè pauperes esse, saltem habità conditionis suæ ratione: considerandum tamen primò est, quòd qui uni solum familiæ, utut egenti & inopi, succurrat, non mereatur nomen communis ejusdam Patroni Pauperum (qualem tamen nonneminem esse decet,) cum illius officio reverè non fungatur. Deinde, & longè magis debet attendi, aliud longè esse, pauperi quidquam tribuere, & aliud dare pauperi, quia pauper est, aut quia pauper est à Christo commendatus. Siquidem

K 5 a 6 a

SEIGNERJ
 DE CRISTIANUS

sanguine junctis paupertate prellis libenter subvenitur, quia tales sunt; & ex inclinatione illa naturali, quae nos urget, ne nostris desimus: non subvenitur ipsis, quia egeni sunt, aut quia Christi personam referunt: unde quia hujusmodi Eleemosyna coram Deo Eleemosyna porro non est, ita promissa etiam merito, gratiaque caret. Perniciosissimus ille bruchus est, qui vitem aggressus non satiatur foliorum arrosione, quibus tamen alij contenti sunt, sed ipsos etiam vitium oculos, quos dicunt, arrodit. Simili ratione Caedemon, quando Eleemosynam aperta vi impedire non valet, occultè saltem intentionis oculum petit, ex quo totum meriti incrementum dependet, & vitae aeternae principium. Attendant igitur, qui stipem solum sanguine junctis impertit, ne semen jaciatur, quod terram quidem pinguem reddat, seminanti autem fructum aut nullum, aut modicum ferat. Ad hoc respiciebant magni illi Sancti, qui in consanguineos suos haud aliter, ac in quosvis alios ignotos, liberalitatem suam exerebant; quia licet ordinata charitas requiratur, ut in aequali necessitate magis junctis subsidium feratur, gravi tamen periculo non vacat, ne hujusmodi miseratio suo merito non excidat, atque extra orbitam saliat. Unde ad gravissimam hanc deceptionem evitandam, eam sancti Eleemosynae formam eligebant, quae à jactura periculo magis erat secunda, illudque genus feminis, quod fructui ferendo magis foret idoneum. Suis aliquid dare,

etiam cum intra limites aequitatis situr, tam vilis res est operae, ut ne nomen quidem simplicis cuiusdam liberalitatis mereatur; ratio est, quia qui suis dat, sibi ipsi dare cogitur. Ille liberalis est; qui pecunias à se procul removet, quas alijs largitur, eoque liberalior, quod à se remotius, quasi fortiori brachio, projicit. Ut quis in consanguineos projiciat, quolibet brachio sat fortis est. Quod si igitur misericordia in consanguineos exercita communem liberalitatis titulum non meretur, vobis cogitandum relinquo, an ea sufficiat ad Eleemosynarij, quem hactenus operoso inquirimus, titulum cuiquam tribuendum?

XX. Atque ex hactenus enumeratis signis facile vobis erit colligere, quisnam hoc pulchro nomine dignus censeatur possit. Eleemosynarij mirum sunt, qui & manum largam & apertam habent, multum pro sua quoque conditione & statu Pauperibus impertiendo; & qui praeterea vultu sunt hilari ac jueundo; id quod dicitur haud quaquam inviti, ac reluctantes largiuntur. Denique qui oculos in Coelum defigunt, non alio, quam quem Fides proponit, sine ad benefaciendum impulsu. Hi sunt beati. *Beatus, qui intellexit super egenum & pauperem.* Impedimenta, quibus ab eroganda stipe retrahimini, nec vestra sunt nomina, nec propria indigentia, non filij, non familia: praetertus sunt isti, mihi credere; verum & unicum impedimentum inde est, quod alienos oculos solum corporis, non

Psal. 113.

31.

Matth.

23.

non

verò mentis intueamini. Et hinc non ait Psalmista: *Beatus qui videt: sed beatus qui intelligit*; scilicet, qui intelligit eum, qui est *supra* Pauperem; Deum inquam, qui hunc charitatis actum precipit: intelligit eum, qui est intra Pauperem, Christum scilicet, qui ut sibi datum recipit, quod alijs sui amore impenditur; intelligit id, quod est *circa* Pauperem; Divinam Providentiam, quæ Pauperem ad divitem mittit, ut per hunc actum Dives salvus fiat, Pauper verò vivat & sustentetur.

Psal. 108. Affuit à dextera Pauperis. Qui hæc ita intelligit, beatus est, & quidem

non tantum secundum vitæ præsentis conditionem, sed longè magis secundum futuræ; quia *in die mala liberabit eum Dominus. Dies mala dies mortis est, quis nescit? cur timebo in die mala?* Et tali die, quæ ita absolute mala dicta est, quia plerisque mortalium mala est, tam docilis *intelligens* liberabitur à tot malis, quot sunt, quæ diem illam ultimam malè conclusam merent. *Beatus, qui intelligit super Egenum & Pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.*

DISCURSUS XIX.

De Præcepto Correctionis.

Inter omnia præcepta à Christo in Evangelio tradita nullum videtur observatum minus difficile, quam quod de correctione delinquentium nobis impossibile: *si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum.* Quis enim ignorat, quam cavillatrix & critica sit hominum indoles ad dijudicanda aliorum opera? Nullus est locus, quo non funestum iudicij sui tribunal erigat: sine testium examine, sine utriusque partis auditu rationibus, sine ullo iudicij usitato processu autumat, sententiam se ferre posse de quibusvis cū omni securitate; & in quosvis hoc sibi jus arrogat, & arrogatum exercet cum

assiduitate, ut S. Joannes Chrysostomus non vereatur dicere, Homines in hoc iudicandi negotio tantum non omnem suam vitam consumere. *Adl. 1. de condemnandos ceteros, omne vita no. Comstra tempus absumimus.* Quapropter puni superledere penitus possem omni de hoc præcepto Discursu, ac supponere, frano potius, quam calcari opus fore, si de aliorum vita, ac vitæ erroribus corrigendis agendum videatur. Neque tamen ita se res habet; si enim veritati adstipulari volumus, fateri necessum habemus, rabiosis canibus hac parte nos esse similes. Os habemus, quo mordeamus, non quo allatremus. Si de malo detractionibus agendo agitur, toti lingua sumus ad naevos proximi carpentos: at si de malo sua

K k 3 - vi

SEIGNERJ
MO CRISTIANUS